

Stabat mater dolorosa juxta crucem lacrymosa, dum pendebat filius; cuius animam gementem, contrastatam et dolentem pertransivit gladius. O quam tristis et afflita fuit illa benedicta Mater Unigeniti! Quae moerebat et dolebat, pia Mater, dum videbat nati poenas inclyti.

Quis est homo, qui non fleret, matrem Christi si videret in tanto suppicio? Quis non posset contrastari piam matrem contemplari dolentem cum filio. Pro peccatis suae gentis vidit Jesum in tormentis et flagellis subditum; vidit suum dulcem natum moriendo desolatum, dum emisit spiritum.

Eja mater, fons amoris! Me sentire vim doloris fac, ut tecum lugeam.

Fac, ut ardeat cor meum in amando Christum Deum, ut sibi complaceam. Sancta Mater, istud agas, crucifixi fige plagas corde meo valide.

Tui Nati vulnerati, tam dignati pro me pati, poenas mecum divide.

Fac me vere tecum flere, crucifixo condolere, donec ego vixero. Juxta crucem tecum stare et me tibi sociare in planctu desidero.

Virgo virginum praeclara, mihi jam non sis amara, fac me tecum plangere.

Fac ut portem Christi mortem, passionis fac consortem et plagas recolere. Fac, me plagis vulnerari cruce hac inebriari ob amorem filii.

Inflamatus et accensus per te, virgo, sim defensus in die judicii. Fac me custodiri morte Christi praemuniri confoveri gratia.

Quando corpus morietur fac, ut animae donetur paradisi gloria. Amen.

Stand die Mutter voller Schmerzen, weinend aus zerriß'nem Herzen, wo ihr Sohn am Kreuze hing; da, erfüllt von banger Trauer, bebend in der Angste Schauer, durch die Seel' ein Schwert ihr ging. Welch' betrübte, schmerzgeweihte Mutter war die Benedicte, durch den Eingeborenen! Die vom Seufzen schwer Bedrückte, als die Leiden sie erblickte ihres Auferkerten!

Wer nicht fühlt tiefe Wehe, wenn er Christi Mutter sähe in so großer Seelennot? Wessen Herz nicht sollt' erwachen sie, die Mutter ohnegleichen, bei des Sohnes Martertod? Ach, für seines Volkes Schulden sieht sie Qualen ihn erdulden, ihnden nicht die Geißel mied; muß den süßen Sohn vergehen, sondern Trost ihn sterben sehen, während ihm der Geist entflieht.

Laß, o Mutter, Quell der Liebe, fühlen mich des Mitleids Triebe, mich mit dir der Trauer weihen;

Laß mein Herz für Christ entbrennen, liebend ihn als Gott erkennen, wohlgefällig ihm zu sein. Präg', o Heil'ge, jene Wunden, die dein Sohn am Kreuz empfunden, unvertilgbar in mein Herz.

Teil' aus deines Sohnes Hulden, ausgewählt, für mich zu dulden, mit mir seiner Leiden Schmerz.

Laß mich innig mit dir klagen, treu vereint den Jammer tragen, bis auch meine Stunde schlägt; dir gesellt am Kreuz zu weilen, willig deinen Gram zu teilen, solches fleh' ich tiefbewegt.

Jungfrau, hochverklärt vor allen, laß mein Flehen dir gefallen, deine Klage sei auch mein.

Laß mich erben Christi Sterben, seines Leidens Pein erwerben, seine Mal' an mir erneu'n. Laß der Wunden Schmerz mich teilen, brüning mich am Kreuze weilen, trunken von dem Blut des Sohn's.

Daß die Glut mich nicht versehre, Schutz, o Jungfrau, mir gewähre an dem Tag des Richterthrons. Laß durch Christi Kreuz mich schützen, durch sein'n Tod im Kampf mich stützen und der Gnade würdig sein.

Wenn der Leib dereinst verstirbt, daß die Seele dann erwirbt ein ins Paradies zu gehn. Amen.

Verdunkle sorgfältig! Licht ist das sicherste Bombenzie!

M 0238